





12038

A. D. O. M.

34.

COLLEGII CRIMI-  
NALIS

1613, 6

DISPUTATIO VIII.

19

# DE CRIMINE FALSI,

Quam

Authoritate & permisso Amplissimi

JCtorum in Academiâ Jenensi Collegii,

P R E S I D E


Viro Clariss.ac Consultiss. Domino

P E T R O T H E O D O R I C O f.U.D.

Professore publico, nec non Scabinatus inibi Adseffore dignissi-  
mo; Praeceptore suo plurimum colendo publicè discu-  
tiendam proponit

E L I A S S C H R Ö D E R Cal-  
bensis Saxo.

Ad diem 30. Octobr. horis matutinis in JCtorum  
Auditorio.



J E N Æ

Typis HENRICI Rauchmauls / Anno 1613.

This block contains a decorative horizontal border at the bottom of the page. The border consists of a repeating pattern of stylized, symmetrical motifs in black ink. These motifs resemble stylized flowers or leaves with intricate, swirling patterns. The background of the border is a light beige or cream color, showing signs of age and wear, particularly towards the right side where there are some dark spots and faint smudges.

# VIRGO

# Clarissimo ac Consultissime Domino

**TOBIAE**  **Stoßnacett/**  
**ARCHIEPISCOPATUS**  
**MAGDEBURGENSIS IN COMITA-**  
tu Mansfeldensi Substituto dignissi-  
mo; Avunculo meo hono-  
rando.

mo; Avunculo meo hono-  
rando.

onimico. *Ampliación de la Glosa* 17

160 RE Do, confecro 3 2 A I J 3  
OKO anned

# ELIAS SCHROEDER.

## DISPUTATIO VIII.

# DE CRIMINE FALSI.

*Publicè Respondente*  
**ELIA SCHRODERO Calbensi**  
Saxone.

*Continuatio.*

**N**ucleavimus disputationibus superioribus modos præcipuos , quibus damna atrocia , publicaq; personis illata vindicantur , impræsentiarum dispicie-  
mus, quemadmodum ex injuriis , quæ circa res potissi-  
mum fiunt, publica instituantur judicia; accumprimis  
de L.Cornel, quæ falsi persequitur pœnam.

# THESES

I. Falsum (*a*) est dolosa, (*b*) veritatis immutatio, (*c*) Unde perspicuum, duo hujus criminis esse requisita, dolum & Veritatis eversionem. (*d*)

(a) Falsitatem hic non accipimus eam, quæ a jente Timplero A  
(licet perperam; *Jacob. Martin. lib. 1. exercitat. Metaphysic. 16, theo-*  
*rem. 2.*) 2, *Metaph. c. 8. q. 1. opponitur attributo Entis, Veritati; nec*  
*Logicam, quæ vero complexo, Fonsec. lib. 4. Metaph. c. 2. q. 6. se<sup>t</sup>. 1.*  
4. & 16. sed juridicam, de qua passim Dd. nostri ff. & C. ad L. Corn.  
*de fals.* Dependet autem hujus pœna primariò ex Lege Cornelij,  
quam Imperator testamentariam §. item lex Inst. de publ. jud. l. 30,  
*ad L. Corn. de fals.* Cicero testamentariam nummariam, Macer  
Corneliam de testamentis appellant, *Anton. Augustin. lib. de ll.*  
& SCtis pag. 51. Ubi quod huic criminis puniendo præfuerint  
Triumviri monetales, auri, argenti, flandi, feriundi gratiâ

R r

g-  
creati-

creati, de quibus videndus Cicero in Epistola ad Trebatium, postea v. Sctis & constitutionibus generaliter & ad alia falsi genera  
B portigi cœpit. Paul.lib.5. recept.sent.tit. 25. ibi q<sup>3</sup>. Cujac.(b) Dolus n.  
falsi caussa proxima, l.eos 27.de falsi.l. 16.de testib. l. 21. C. eod. & sine  
eo non committitur c.homines c.is autem 12.q. 2. l. 23. l. 31. b.t. Ho-  
stiens.in summ. extr. de criminis falsi n. 1. Marsil.in rubr.ad L. Cornel.  
de falsi.n. 4. Menoch.cas.309.n. 1. Jacob.de bello visu 1. pr. cr.c. 7. n. 5.  
Bertazzol.1.consil.8.n. 15. Angel.de malefic.verb. Falsario n. 1. Fachin.  
1.consil.68.n. 22. Farin. q. 150.n. 2. & 273. cum pluribus ibidem allega-  
tis. Nec tamen sufficit dolus præsumptus, sed requiritur verus,  
Riminald.jun.consil. 145. n. 21. Handed. 1.consf. 109. n. 17. Menoch.3.  
confil.221.n. 15. regulatiter enim ex dolo præsumpto quis non pu-  
nitur, præterquam in casib. in jure expressis, qualis habetur in l. 29.  
§.fin.C.de testam.Ubi Dd.comm.Farin. d.loc. n. 283. Tum quod do-  
lus ferè nunquam præsertim in criminis falsi præsumatur l. 1. in fin.  
ibi magis error quam malitia C.de his, quis sibi in testam.l. 6. C.de do-  
lo l. 19. §.qui dolo deprobat. Handed. d.consil. 109. n. 19. Mascard.concl.  
531.n. 1. & 9. Polyd.Rip.de nocturn.temp.c.16.n. 1. Boer.decis.116. mul-  
tò minus sufficiet lata culpa, cum ob culpam latam criminaliter  
puniri quis nequeat, Handed.2.consil.91.n. 8. & seqq. Iccir cō si quis  
credit se dicere veritatem de aliqua re & desuper jurat, non est  
falsarius nec perjurus, licet veritas sit in contrarium l. 2. §. 2. C de  
juram.calumn.Pacian.consil.35.n. 40. & consil.104.n. 19. Cravett.con-  
sil.65. Decian.tr.cr.l. 6. c. 10. n. 14. Bertazz.d.loc. n. 18. Gramm.consil.  
47.n. 15. Handed. 1.consf. 91.n. 18. Celsus Bargal. de dolo s.c. 13. n. 30. &  
seqq. ubi per totum de variis quæstionibus ad mendacium perti-  
nentibus, nervosè differit, Et probatur ex textu in c.is autem & in  
c.homines falsum 22.q. 2. ubi in fine, ream lingvam nō facit, nisi rea-  
mnes. Et QUOD alias error excusat à perjurio, scribit Sebastian.  
Medic. tr. de fortuit.casib. q. 2. n. 22. Et quod falsum testimonium  
ex errore deponens, non possit puniri de falso, tradit Sigismund.  
Scacc. l. 2. de judic.causs.civil.c. 8. n. 486. & seqq. Bertazz.consil.8.n. 16.  
Mars. consil.62. n. 2. quippe quod error non inducat consensum,  
l. 15. de juris d. & l. 116. de R. f. & ibi Dec. Eaꝝ; propter dicitur, quod  
non faciens in contemptum non incurrat pœnam legis, quæ  
utitur verbis dolum denotantibus, cessat enim respectus quem  
lex desiderat, Mars. sing. 287. Et hinc si quis errore vel ignorantia  
immu-

immutet vel occultet veritatē, nihil falsificat, cum plus esse possit  
in opinione, quām veritate, pro quo facit *text. in l. 1. & t. t. dejur. &*  
*fact. ignor. l. 2. §. 10. & 15. pro emptore.* UNDE est, ut & ignorantie, tām  
juris, quām facti, & errori bonā fidem inesse posse dicatur *d. l. 2. §.*  
*15. l. 8. §. de illo & §. seq. l. 10. l. 13. §. 1. l. 24. l. 31. de Usucap. l. 109. de V.S.*  
*Gædd. intr. cr. c. 8. de crim. fals. concl. 1. Trentacing. 2. variar. resol. de*  
*judicij. 17. n. 45. (c) l. 23. h. t. nec enim statim falsum committitur, si C*  
dolus fuerit adhibitus, nisi etiam veritas mutetur & perverta-  
tur *d. l. 23.* Ubi Paulus per exempla describit, eum committere  
falsum, non qui mentitur, sed qui faciendo rationem & compu-  
tationem, rationem mutat, vel alienum chirographum imitatur  
&c. Igitur si quis dicat computationem & rationem minorem,  
majorem vē continere quantitatem, quām reverā continet, men-  
daciū quidem dicit, sed falsum non committit, cum nullam  
contineat veritatis mutationem, quæ statim ratione calculi factā  
apparet. At si ex ipsā ratione, ex ipsa calculatione subducat calcu-  
lum, ut ita minor majorvē exultet summa, falsum commisso di-  
cetur, *Gædd. d. concl. 1. Fachin. 3. consil. 101. n. 2.* Quemadmodum  
non bona est consequentia, si quis dicat falsificatum instrumen-  
tum ob id solum quod dolus adfuerit, & falsificari potuerit;  
Nam si non in veritate falsificatum demonstretur, falsum non  
pronunciatur, cum probatio debeat esse sufficiens & conclu-  
dens *l. pen. & ult. C. de probat. Fachin. d. loc. n. 19.* Sic tabellarius qui  
literas ad illum, cui eas reddendas acceperat, pigritiā viāq; confi-  
ciendā tādio adductus non perfert, & nihilō tamen minus inte-  
gram mercedem, quasi literis recte curatis postulat, mendaciū  
quidem sed falsum non perpetrat, cum veritatem non mutārit,  
*Thom. decis. 34. per tot. quem vid.* Huic consequens est, quod te-  
stis deponens aliquid, quod in se sit verum, ipsi tamen ignotum,  
dicatur potius falsō deponere, quam falsum, & ideo non tene-  
tur verā falsi pœnā, quemadmodum nec ille, qui hunc ad testifi-  
candum induxit. *P. Caball. resolut. cr. cas. 38. cum alijs ab ipso relat. (d)*  
Ex his duobus actū positis resultat falsum. Sunt tamen multi, D  
qui tria constituunt requisita, dolum, veritatis immutationem, &  
alterius præjudicium. *Afflēt. decis. 21. n. 12. Mascar. de probat. concl.*  
*739. n. 12. Fachin. 1. consil. 94. n. 4. Myns. in §. item lex Cornel. Inst. de*  
*publ. judic. Thom. decis. 15. n. 27. Farin. q. 150. n. 3. & 291. Verum*

vix concedendum, ultimò adductum definitioni esse essentiale, cum sèpissimè falsitas absque præjudicio alterius committatur, nullique noceat; sic scripturam ob substantialia & solennitates perfectam, ratione verò materia nullam falsificans, omnino tenetur pœnâ falsi, *Socin. i. consil. 63. n. 1. 3. &c seq.* licet nemini damnum intulerit. Sic falsificans literas Apostolicas vel Regias, et si nulli factum fuerit præjudicium, falsi tenetur, *Farin. d. q. n. 345.* idem dicitur de corruptente scripturam injustam, nam & is tenetur, quamvis talis injustitia afficeret ipsum falsificantem c. olim de Rescript. ubi judex male judicavit, & tamen delinquens punitur, *Farin. d. loc. n. 348.* Ex quibus & similibus liquidò constat, essentiale id planè non esse, proindeq; justè à definitione remove ri, cum definitio nihil nisi essentiale continere, & rem per illa, quæ ipsi sunt intrinseca, definire debeat, & quidem ita, ut cum suo definito negatè converti possit & affirmatè secundum Logicorum doctrinam, *Goclen. in partit. Logic. p. 136. &c alij.* Imò dato, quod semper alterius præjudicium sit necessarium, diceremus tamen, quod licet non explicitè, saltem tacitè & implicitè definitioni insit, quid enim aliud est dolus, quam machinatio ad decipiendum & circumveniendum adhibita? *l. i. §. 1 de dol. mal.* Cum igitur in hac definitione nominatim addatur dolosa, nihil sanè deerit huic supplendum. Urget præter hæc *Wesemb. in supplem. ad Schneid. Inst. §. item lex Corn. de publ. iud.* & definitionem reprehendit ex eo, quod non addatur aliquid de ipsa lege Cornel. Testamentaria, ex qua hujus pœna est constituta, sed parum nobis facit negotii; Nam hic ipsius rei investigatur definitio, non pro qua parte, & in quibus gradibus à lege debeat vindicari; Et certè si quid de lege adjiceretur, peregrinum definitioni contra Logicorum regulas insereretur, cum lex non sit de substantia falsi, sed falsum anteà quoad essentiam productum & constitutum coercent, *Gœdd. d. concl. i. circ. fin.*

II. Estq; in homine, aut in rebus; illud est personæ suppositæ, (a) nominis, (b) & testimonii; (c) monetæ, (d) scripti, (e) mensuræ, (f) & aliarum rerum. (g)

A (a) Sic partum alienum substituendo falsum quis perpetrat *l. 19. §. 1. l. 30. §. 1. b. t. l. 1. de agnosc. lib. Wesen. &c. h. n. 28. Damhud. c. 123.*

n. 22.

§. 22. Mynsing. in §. item lex Inst. de publ. Judic. Farin. q. 150. n. 239. Id  
Eutropiam Syram, uxorem Maximiani Herculii Imperatoris fe-  
cisse historiarum monumenta produnt; Nam cum mariti ani-  
mum sibi cuperet retinere devinctum, subiecisse sibi fertur Ma-  
xentium. P. Gregor. i. 4. de Repub. c. 1. 8. alia videre licet apud Valer.  
Maxim. lib. 9. c. 16. Hu i us autem accusatio, solis parentibus, &  
quorum interest competit d. l. 30. §. 1. h. t. l. 10. C. eod. Wesemb. n. 11.  
Duaren. hic c. 4. Ex quo tamen non sequitur, veluti quidam con-  
tendunt, crimen hoc privatum, non publicum esse. Hostiens. in  
summ. de crimin. fals. n. 2. vers. item facto committ. fals. Quomodo  
a. partus suppositus probetur, an præsumptiones & conjecturæ  
sufficient, tradit Rip. de noctur. temp. c. 162. Boff. in tit. de part. suppos.  
n. 13. & seqq. & n. 30. & seqq. Ubi id procedere affirmat, quando ci-  
viler, secus si criminaliter agatur, maximè autem probatus vi-  
detur per confessionem matris etiam extrajudiciale, juncta fa-  
ma vel aliis adminiculis, de quib. Menoch. 5. præsumpt. 24. n. 32.  
& seq. præsertim, si confessio emanasset in articulo mortis ad ex-  
onerandam conscientiam, Mascard. de probat. concl. 1147. n. 21. &  
sequentib. nec modica est præsumptio, quando ante prætensem  
partum mulier, quæ peperisse afferitur, fuisset sterilis, Socin. jun.  
consil. 90. n. 19. Farin. d. q. n. 249. & seqq. Hu c refertur cum quis  
aliam personam pro aliâ in contractu, testamento, judicio aut  
aliâ quomodocunq; supponit, Farin. d. loc. n. 96. qualem casum  
suo tempore contigisse scribit Clarus §. testamentum q. 59. Ubi  
mulier sagax maritum statim, postq; exspiraverat, è lecto extrahi  
fecit, & alium pro eo supposuit, qui fenestris thalami clavis & ca-  
pite pannis involuto simulans se propter infirmitatem vix loqui  
posse, condidit testamentum, in quo uxorem instituit heredem,  
& aliis personis diversa reliquit legata &c. Similem in quadam  
muliere deprehensum ponit Hieronym. Laur. decis. Avenion. 108.  
recensente Farin. d. lo. n. 97. & parem refert P. Caball. resol. cr. cas. 176.  
n. 12. de quodam filio legitimato, qui mortuo patre se supposuit  
in lecto loco patris denati, & convocatis Notario & testibus se-  
ipsum heredem instituit vid. Menoch. arb. c. 318. n. 23. (b) l. 13. pr. h. l. B  
un. C. de mut. nom. l. 20. C. h. t. Wesemb. w. h. n. 8. Bertazzol. cons. 408.  
n. 14. Unde mutans sibi nomen in celebratione alicujus contra-  
ctus, & sic supponendo se pro altera persona falsum committit.

Rr 3

Gomez.

Gomez ad L. Tauri 83. n. 11. Gilhaus. arb. jud. cr. c. 2. tit. 26. n. 33. Sic adserens se creditorem mercatoris, ut a junct, falliti, cum non sit, incidit in crimen falsi, Angel. de malefic. in verb. falsario n. 3. per text. in l. 15. C. de fals. Ubi gloss. & Salyc. Jason. in l. 9. §. 5. de jurejur. ubi etiam Beust. n. 4. pag. 280. Idem est in insignibus, privilegiis & titulis altioris ordinis l. 27. §. 3. h. t. Paul. 5. sent. 25. n. 11. 12. Ubi Cujac. Wesenb. d. n. 8. add. Gomez. Leon. decis. 65. Hieronym. Laurent. decis. 30. n. 2. Sola. ad antiqu. tit. de insign. & arm. Decian. 1. respons. 19. n. 241. Sic falsi pœnæ subjugatur, qui se pro doctore gerit, cum non sit, Myns. de probat. c. 5. n. 4. quod verum intelligitur, si talis actum aliquem faciat doctori congruentem Bl. in l. 9. C. de SS. Eccl. Secus si se verbo tantum Doctorem jactet, tum n. extra ordinem puniendus est. Myns. d. loc. Idem de eo, qui falsò nobilis assumit titulum, nisi per longam temporis possessionem assensu Principis confirmatus sit & præscriptus l. 12. C. de cohortalib. lib. 12. Alber. in l. 13. de decur. Hottom. consil. 102. n. 3. P. Gregor. in Syntagma. jur. 36. c. 2. n. 1. in fin. Ubi de iis, qui infimo loco nati, mendaciis se clarissimis familiis inserere conantur Farin. d. loc. n. 86. Ubi de Bartholomæo quodam Senensi, quod Anno 608. in Civitate Parisii, pro Pauli V. filio sese venditaverit & hoc prætextu à plurimis ingentem pecunia summam extorserit, tandem v. fraude detecta, suspensus, & posteà flammarum exusionib. consecratus, cineresq; in amnum projecti fuerint. Idem crimen, si fides historicis habenda, ipsum incurrisse certum est, qui nostro tempore in Muscovia pro Magno Muscovia Duce Demetrio falsò se jactitavit, Meteran. histor. Belgic. lib. 25. Et qui nuperim annis Whitebergæ & aliis locis Baro generosus non sine vitæ dispendio audiri voluit, Add. Menoch. d. lo. ubi plurima adducit exempla. NOTATUR & hoc crimen, qui se pro studio, cum non sit gerit, quod ex matriculæ inspectione probari posse, vult Br. in l. 1. C. de reb. credit. Dec. consil. 457. Paris. 4. consil. 159. in fin. quæ tamen saltem innuit descriptum in q. esse possessione, quod sit scholaris, Alciat. 3. reg. presumpt. 16. non quod sit verus; matricula enim non facit scholarem Dec. in l. pen. C. de testam. milit. ITEM qui se notarium esse affirmat cum non sit creatus l. 27. in fin. h. t. Mars. sing. 35. Honthem. de Syntax. & fid. Instrum. l. 4. c. 28. n. 14. UNDE ab eiusmodi notario instrumentum confectum non valet Br. in l. 6. §. 1. n. 1. ad L. Jul. Repetund. ne quidem ad pias caussas

causas Bl. in l. 15. §. 3. de testam. milit. quia privilegium testantis vel  
heredis vel legatarii non tollit delictum scribentis, Mars. sing.  
569. n. 4. Et hinc tale instrumentum nulla probatione potest co-  
adjuvari Bl. in l. 24. in fin. n. 6. C. de probat. nisi in casibus certis, quos  
vide apud Farinac. q. 155. n. 43. & seqq. probant tamen instrumen-  
ta per Notarium officio privatum confecta, si non in vim instru-  
menti, sed saltem in vim pacti ad instantiam partium sint conce-  
pta. Mars. sing. 593. n. 2. sustinentur insuper si in confectione eo-  
rum habeat locum, propter habilitatem socii, Horat. Carpan. de  
statut. Mediol. c. 344. lit. K. ubi subjicit, quod in multis casib. quo-  
rum aliquot enumerat, notarius à pœnâ falsi excusetur. AN au-  
tem is, qui est in q. possessione notariatus confiscere possit instru-  
menta tanquam notarius, accurata disputatio discutit Trenta-  
cinq. 2. var. resol. de probat. c. 9. n. 5. ubi in fine notat, quod ista q.  
possessio per decennium excludat eum à pœnâ falsi, add. Paul.  
Castr. in l. 7. in fin. C. de fid. instrum. Matth. de Afflct. decis. 201. n. 5.  
Gratian. decis. 238. n. 1. & seqq. noviss. decis. Rot. Rom. 193. p. 2. n. 1. Ca-  
valc. decis. 45. n. 29. p. 1. Joseph. Ludov. Lucan. decis. 115. Farin. d. q. 155.  
n. 91. & seqq. qui decidit, quod propter utilitatem contrahentium  
non sint infirmâda imprimitis, cum sunt antiqua, concurrente fa-  
mâ & communi opinione quod fuerit notarius, Pacian. de probat.  
l. 2. c. 21. n. 40. & seqq. P. Caball. resol. cr. cas. 89. n. 4. Pels in process. ju-  
dic. tit. 38. n. 56. AN qui se pro procuratore gerit, falsi teneatur? Aff.  
per l. 14. de conduct. causs. dat. causs. non sec. l. 19. C. de furt. Sed num ra-  
tihabitio hoc delictum tollat? enucleat Vantius de nullit. tit. de  
nullit. ex defect. inhab. n. 63. Natt. consil. 588. n. 10. Farin. q. 150. n. 89.  
& seq. Hoc tamen concedendum, quod cui libet suo arbitratu  
nomen quodlibet sumere, atq; illud identidem mutare, modo  
dolus nullus subsit, nevè hujusmodi mutatio, ut alteri fraus fiat,  
aut damnum inferatur, comparata sit l. un. C. de mutat. nom. Co-  
ras. in Arrest. Tholos. annot. 81. & 82. Hottom. consil. 35. n. 7. A. Fabr.  
C. lib. 9. tit. 6. def. r. n. 1. Hinc præsules Romani in initio Pontifi-  
catus nomen saepius mutarunt suum, Sergius Pontifex hujus no-  
minis 2. os porci, appellatus, ob turpitudinem cognomenti Ser-  
gii nomen sumpsit, Menoch. arb. cas. 318. n. 4. Id etiam impunè fie-  
ri posse, testatur Petrus Pithœus in not. ad Mosaic. ll. collat. tit. 8. Sed  
hos semetipso adoptare videri facete ait Bernard. Autumn. in not.  
ad Langl.

**C**ad Langl lib. 4. c. 2. pag. 185. (c) l. 1. l. 20. h. Wesemb. n. 45. Sive quis falso sum perhibeat, sive malitiosè taceat, Dambud. c. 124. quod non observatur, si superaccessorio & non principali testimonium tuterit, Mars ad l. 1. de falso. n. 15. ubi hujus exemplum ponit P. Caball. resol. crimin. cas. 34. n. 6. Gramm. decis. 43. n. 4. Cesar de Graffis decis. 75. n. 9. p. 2. Testis qui pecuniam accipit ut dicat veritatem, an in poenam falsi incidat & à testimonio repellendus dubitatur: Affirmative concludunt Meurer. p. 1. pag. 66. & Mars. d. loc. n. 6. Pantzman. lib. 2. q. 21. n. 181. Horat. Carpan. de stat. Mediol. c. 76. n. 44. Theodor. Petreus. concl. crim. 71. Volcmar. de testib. cent. 5. concl. 20. & seqq. Harpr. ad § 7. Inst. h. t. & alij quos refert, quod videlicet sit contra juramentum praestitum, quo promisit, daß er die Wahrheit sagen / vnd solches weder vmb Gifft noch Gabe thun oder lassen wolle. Acalias certum, quod testis deponere debeat gratis, non per pecuniam l. 3. §. leg. Julia de testib. Si enim depositio per pecuniam fit, turpiter fit, arg. l. 4. §. si tibi de conduct. ob turpem caussam. Idem confirmatur constit. Carolina artic. 64. belohnete Zeugen seynd auch zu verwerffen / vnd nicht zulessig. V. Nell de Bannitis 2. temp 2. q. 12. Et sufficit, si illi solvantur expensæ viatici, nec aliud querere debet ex bene ordinata caritate, ut loquitur Didac. in reg. peccatum par. 2. §. 3. n. 2. de R. f. in 6. & refert Tess. q. forens. 17. n. ult. Et hinc, si post depositionem ipsi data vel promissa fuerit pecunia, licet eandem accipit, nec poenam quandam incurrit, idq; exemplo judicis, cuius sententia, si pecuniam ante accepit, etiam justa tanquam venalis à Principibus infirmatur l. 7. C. quando prov. non est. Pax Scala de consil. sapient. lib. 4. c. 11. post latam vero nullatenus, Mars. d. loc. n. 9. Idem etiam eleganter tradit Paulus de Castro, quem fas. n. 5. & alij ad l. 2. de conduct. ob turp. causs. sequuntur. Diss. post Innocen. in c. licet causs. extr. de prob. Covarr. in c. quamvis p. 1. §. 7. n. 5. vers. quod si testes verum de paet. quod ille saltem sit falsarius & in dolo, qui alium vult decipere l. 1. in pr. de dolo & l. 1. de except. dol. at qui pecuniam accepit pro veritate dicenda nemini planè obest; sed aperte res est decisio in l. 1. §. 1. h. t. Ubi ob testimonia accipiens pecuniam, punitur poena falsi, falsitatis autem poena non est, ubi nullus dolus l. 20. l. 21. C. h. t. c. cum Johannes. de fid. Instrum. Et satis delinquit, quod præmio dicturus est veritatem, quam sponte sua ad proximi utilitatem debebat manifestare. Unde text. in c.

no. 2

non sanè 14. q. 5. dixit, Venale testimonium non esse testimonium.  
Bargal. de dol. 3. c. 9. n. 61. & seq. scitè Martin. Uran. Lect. ad c. de te-  
stib. 1. n. 1. & seqq. Hoc tamen lucratur producens, ut id, quod con-  
tra se profertur, fidem mereatur, Clud. ad tit. C. & ff. de condic. ob  
turp. cauſ. n. 19. Quid si testis accipiat pecuniam, ne testimonium Q  
ferat, utrum falsi pœna ei irroganda? Aff. per l. 1. §. 2. b. t. quia veri-  
tatem tacens æquè de falso punitur, ac directò falsum deponens,  
nam veritatem tacere, est sapere falsitatem c. quisquis metu 11. q. 3.  
c. ne quis arbitretur 22. q. 2. ideoq; rectè ejusmodi testis non secus  
ac si falso dixisset, punitur, quia ejus taciturnitas mutat verita-  
tem c. i. de crim. fals. Bargal. d. loc. n. 63. Hoc Br. in L. ea que de act.  
empt. & Bl. in L. nullum. C. de test. extendunt ad testem obscurè, si-  
mulate vel malitiosè loquentem nec plene factum exponen-  
tē Sed. vid. Mars. ad d. l. 1. §. 2. ff. b. t. n. 1. Si aliquis qui moturus erat Q  
cauſam adversario suo, det alicui pecuniā, ut ei in eadē cauſa fa-  
veret, & postea mota cauſa, produxit ipsum in testem, an exce-  
ptione corrupti testis repelli possit? N. quia receptio pecuniæ  
multis respectib. fieri potest citra hoc, ut quis testificetur; quid n.  
si receperit, ut crederet se ipsi consulturum, alias non receptu-  
rus si l'civisset, ipsum in testem productum iri, quia itaq; æquivoco-  
cum hoc ad plura, non infert alterum ex his plurib. nec præsum-  
ptionem pro eo inducit c. illud de præsumpt. utiq; sequitur, quod  
rejici planè nequeat, eleganter Martin. Uran. lect. c. i. de testib. n. 10.  
& seqq. quid? si non precio sed precib. inducatur ad testifican-  
dum? Valebit testimonium, quia facilius quis corrumpitur pre-  
cio, quam prece, cito n. violatur auro justitia c. pauper 1. q. 3. Uran.  
d. loc. n. 19. An verò falso dicere præsumatur & sit audiendus,  
qui celeriter antequam atticulus legatur, respondet? non audiendū  
arbitramur, argum. c. pen. & si. 5. q. 5. Prover. 12. vers. 19. Ubi re-  
pentinus testis dicitur concinnare lingvā mendacii. SED num di-  
versa deponens probet, & si non probet, num de falso punien-  
dus? Affir. post. negat. prius per l. 27. C. b. t. quod intelligendum de  
duobus testimonis in judicio solemnitei factis, Add. Joan. Nicol.  
Arelat. de heretic. notab. 13. Joan. Francisc. Ponzinib. de Lamysn. 84.  
Secus ergò erit, si testis dicat aliud extra judicium & postea aliud  
in judicio, is enim de falso puniri nequit, quia depositus sine jura-  
mento, sine præsentia judicis & sine aliqua solemnitate, siccirco

Sf tale

tales dictum non est in consideratione, cum nulla & invalida, nullius sint momenti l. 4. §. 6. de re judic. & l. 8. §. 2. de honor. poss. contratab. cum similib. quas adducit Mars. ad d. l. 27. n. 12. & seqq. Wendelin. Hailman. de testib. & attestat. c. 8. circ. fin. eruditè Bargal. de dol. l. 3. c. 9. n. 59. Tyndar. de testib. l. 2. c. 1. & seq. Accedit & hoc quod homines sèpè extra judicium & sine juramento dicant sine aliqua ratione nugatoriè, quod sibi videtur, scientes, quod ex dicto nullo, nulla de jure possit sequi pœna; Tum & alias appellatione testimonii intelligitur solemne & validum, quandoq; verba in jure accipi debent in potiori & digniori significatu l. 1. §. 1. si ag. Vectig. l. 1. §. 5. quando appell. si. Attamen ille testis, qui aliud dixit extra judicium & postmodum aliud in judicio, à judice de simplici mendacio levi quadam pœna à puniri potest. Est enim varietas iniquitas l. 11. C. de reb. credit. Et dicitur res erubescenda l. fin. C. de mod. multar. Hippol. d. loco. & sing. 103. in fin. V. Menoch.

**Q** cas. 312. Vasquius 2. controvers. 32. n. 4. Quis si falsum in judicio dixerit non juratus? èadem pœnâ falsi plectendum vult post Br. in l. si quis legatum n. 3. & 4. ad L. Cornel. de fals. P. Caball. ref. crim. cas. 69. Juramentum enim non est de substantia testimonii, & potest à partibus remitti, per c. 39. extrà de testib. Sichard. ad l. 8. num. 2. & seqq. C. de testib. Mynsing. obs. 3. cent. 2. Ripa ad l. admonendi n. 199. de iurejur. Gail. 1. observ. 101. n. 3. Imò multis in locis consuetudine receptum est, ut testibus (integritate tamen vitæ conspicuis, illustribus & nobilibus) etiam injuratis credatur, unde in Austria & Bavaria nobiles & Dd. sine juramento corporali testimonia deponunt, Gail. 1. obs. 100. in fin. & observ. seq. n. 11. & seqq. Martin. Uran. lect. de testib. & attestat. rubr. lit. D.

**Q** Hac occasione queritur, an testis depositio in uno falso, reputetur falsa in toto? Affirmativæ cum Mascardo de probat. concl. 743. num. 1. Pacian. consil. 31. n. 42. Trivisan. 2. decis. crim. 49. num. 55. Bertazz. consil. 106. n. 44. & consil. 71. num. 28. consil. 283. num. 4. Surd. Decis. 16. n. 4. Fachin. 3. consil. 102. num. 17. Jacobus de Franch. in us. Feudal. tit. 4. §. 1. num. 7. Bargal. de dol. l. 5. cap. 15. num. 23. & seq. Decian. vol. 4. resp. 14. n. 52. subscribimus, per c. 7. distinct. 9. & c. pura 3. quest. 9. Etenim testis jurat se veritatem dicturum super omnibus & singulis, & tota ejus depositio fundatur super unico fundamento, scilicet juramento &

hac

hac ratione depositio ad instar juramenti est indivisibilis, ut  
tradit Alex. consil. 45. Mynsing. de fid. instrum. c. 3. n. 9. Hinc etiam  
dicitur, quod juramentum sit veluti forma in depositione,  
& ideo licet depositio sit dividua respectu materiae, seu diverso-  
rum articulorum, tamen cum sit dividua respectu formae,  
quia est unicum juramentum, sequitur quod utile per inutile  
vitietur, iuxta doctrinam Br. in l. 8. §. 7. sub num. 3. de fidejuss. Vi-  
de hæc elegantissime tractantem Sigismund. Scacc. de judic. causs.  
civil. 2. c. 7. num. 702. &c. 11. num. 325. & sequentib. Surd. Decis.  
326. num. 100. Martin. Utran. 2. consil. 13. num. 7. An autem te-  
stis tanquam falsus rejiciendus, qui dicit se nocturno tempore  
vidisse non lucente lunâ, aut igne accenso? Ita Dec. consil. 429.  
num. 15. Handed. 1. consil. 107. num. 20. & seqq. Gramm. consil.  
58. num. 1. & alij. per l. 18. C. de testib. Vix enim hodiè, imò pla-  
nè non reperiuntur Tiberii, (Cælarem Tiberium noctis tem-  
pore vidisse refert Claud. Sueton. in ipsius Tiberij vita c. 68.) qui  
oculos sint similes capris, felibus, lapis, Menoch. cas. 525. n. 13.  
Cæterum si dicat, se quidem non vidisse, sed cognovisse affirma-  
tiva quæstionis cessat, Menoch. d. loc. n. 20. Polyd. Rip. de noctur. temp.  
cap. 57. (d) l. 1. 2. 3. C. de falsa monet. l. 8. 9. b. t. Gothofred. à Bavo D  
tract. reat. quæst. 18. num. 36. quæ ne falsificetur & in Imperio  
tanquam vitiosa & adulterina retineatur, binæ sunt probatio-  
num dietæ, una i. Martii, altera i. Octobr. ab Imperatore &  
statibus Imperii institutæ, de quibus habetur in Comi-  
tiis de Anno 1511. Augustæ celebratis §. neben angeregten  
& in Ferdin. de anno 1559. §. vnd damit diese vnsere cum seq. §.  
sintemal anni 70. & §. ferners cum seq. anni 1571. & §. seßent  
demnach 1576. Budel. de monet. & re numer. Arnis. de jur. Ma-  
jest. lib. 2. c. 7. num. 10. Nihil autem interest, sive adulterinam  
quis cudat, sive veram diminuat P. H. Q. artic. III. Cujac. w.  
C. de fals. mon. Duaren. hic. Covarr. de Coll. numism. c. 8. Dambud.  
c. 65. & 123. Jus enim cudendi monetam ita sibi proprium  
habent Principes, ut Rex Angliae non alibi, quam in turri  
Londinensi insigniri eam patiatur, perinde ac Carolus Ma-  
gnus, qui in proprio palatio quondam illam cudi voluit, Arn-  
ois. dict. loc. num. 4. Unde privatus monetam licet probam-  
cudens

eudens videtur magis crimen læse majestatis incurtere cum si-  
bi assumat authoritatem publicam quam non habet V. Capolla.

conf. i. cr. 77. n. 4. Decian. 7. tr. cr. 23. n. 26. Hodiè tamen permissu  
& consensu Principis monetam probam cudere quis impunè po-  
test argument. l. 6. C. de adult. l. 151. de R. f. junct. §. 6. Inst. de f. N. G.

C. idq; parum habet dubii propter promulgatas imperii consti-  
tutiones de anno 1356. tit. von Golde / Silber vnd ander Erz §.

Wir wollen vnd sezen cum vers. seq. Et habetur iu ordinatione  
 anni 1551. §. so haben wir &c. ibi dergleichen diejenigen so von  
 vns oder vnsere Vorfahren in H. Reich mit der Regal der Mün-  
 che befreyet seyn &c. & de anno 1559. §. ferner & §. were es auch sa-

che. An autem falsæ monetæ expositores falso subjaceant? ita vi-  
detur l. 2. & 3. de fid. instrum. ad instar illorum, qui falsis instru-  
mentis utuntur l. 18. §. 3. de dol. l. 32. §. 1. h. t. Salye. in l. 2. C. de fals.  
mon. n. 6. Marf. in l. 19. h. t. Sed hoc tum demum verum, si probe-  
tur, eos falsam monetam scivisse A. Fab. in C. lib. 9. tit. 15. def. 2. &  
dolo malo expendisse, qui ab ignorantie nunquam committitur  
l. 6. C. de dol. l. 1. C. b. t. nec sine eo crimen incurritur A. Fab. lib. 9. tit.  
24. defin. 2. quippe quem ignorantia, ut s. semper excludit l. 3. b. t.  
Menoch. cas. 316. n. 85. Hon ded. 2. consil. 92. n. 14. & seqq. Decian. 7. tr.  
cr. 25. n. 6. & quævis caussa etiam injusta elidit l. 12. §. 2. de liber. caus.

Gramm. decis. 5. n. 26. Hon ded. d. loc. n. 17. & seqq. Q An ei, qui ad-  
ulteravit monetam privati, cuius cudendi concessum, irroganda  
falsi poena? A. per l. 8. de fals. vid. Decian. d. lib. 7. c. 23. n. 3. & 4. Ubi  
dicit, hodiè omnibus passim concessum esse Ducib. & Marchio-  
nibus, nedum Regibus, sed & civitatib. plurib. præsertim Germa-  
niæ, & in Italia Januæ, Lucæ, & Venetiis, ut monetas quascunque  
etiam aureas quacunq; effigie & inscriptione pro lubitu cudere  
possint. Subditos monetæ valorem citra crimen falsi mutare nō  
posse certum est; sed num Principes pro arbitrio id possunt, tra-  
dit Boer. decis. 327. Frid. Martin. de jur. censuum c. 5. n. 145. quod  
omnino modo justa & legitima subsit caussa Carol. Molin. de con-

tract. q. 92. & 93. A N qui deaurari facit monetas, ut meretricem  
aut alium eludat, falsum commisile dicatur? Marsil affirmati-  
vam tenet in l. 19. n. 101. h. t. contrariū statuit Bertaz. consil. 56. cui ad-  
hæremus; Excusatur n. à falso, qui facit id quod consuetum est,

Q Hostiens. in c. quanto. de his quæfiunt à prelat. sine. Et num parvi va-  
loris

h. t.

loris monetas falsificans pro modicâ quantitate , à pœnâ ordina-  
riâ excusetur ? Bertazz consultit , quod sic consil . 551 . n . 1 . nam non  
præsumitur quis pro minimo commodo falso commissose ,  
Gravett . consil . 75 . n . 16 . Cæsar Ursill . in annot . ad decis . Neapol . Matth .  
de Affl . decis . 404 . n . 6 . l . 10 . § . ult . cum seqq . de dolo . Gothofr . à Bavo  
tract . reat . c . 18 . n . 58 . Horat . Carpan . de statut . Mediol . c . 344 . lit . K . Huc  
quadrat illud Ciceronis in Orat pro Sext . Rosc . Sic vita hominum  
est , ut ad malitiam nemo conetur sine spe atq ; emolumento ac-  
cedere Ignat . Lopez pr . crimin . Canon . c . 97 . lit . a . ( e ) . Publici vel pri- E  
vati , sive fiat radendo sive immutando & c . l . 1 . 16 . 23 . 28 . h . t . l . 21 . 23 .  
C . eod . § . 7 . Inst . de publ jud . Damhud . c . 122 . Wesemb . w . n . 8 . & suppl .  
Schneidvv . ad d . § . 7 . n . 7 . Hondeed . consult . 19 . n . 15 . Nam rasura , can-  
cellatio , interlineatura , instrumentum reddit suspectum l . ult . C .  
de Edict . D . Hadr . toll . præsertim quando non est de eo facta men-  
tio per notarium , Decian . 2 . resp . 99 . n . 10 . & seqq . Emil . Verall .  
Decis . R . Roman . 3 . p . 2 . n . 11 . Ludov . de Casanate Consil . 38 . n . 24 . &  
seqq . quod quomodo procedat dilucidè tractat Trentacing . 2 .  
var . resol . de fid . instrum . 11 . per tot . An a . cancellationis caussam ad- Q  
scribere debeat , declarat Bl . in l . nostram C . de testam . n . 2 . & 3 . SED Q  
an in uno substantiali suspectum , suspectum reddatur in omnib ?  
Aff Honth . de art . notariat . lib . 3 . c . 19 . n . 1 . & seqq . Pels process . judic . tit .  
38 . n . 48 . & seqq . pulchrè Trentacing . d . loc . idem affirmativè tradit  
Valasc . consult . 183 . n . 10 . Ubi n . 14 . an falso dici possit , si omnes te-  
stes testamentarii contradicant , Trentacing . d . loc . resol . 6 . n . 1 . qui  
ajentib . suum largitut calculum , quia testes adhibentur ad hunc  
finem in testamento , ut per eos ei apponatur fides N . 73 . c . 3 . Un-  
dè cum omnes contradicunt fides , non adhibetur c . 5 . extra de  
probationib . & c . 33 . extra de testib . Br . Bl . & cateri comm . in l . 15 . C . de  
fid . instrum . Si tamen testes literas didicerint , propriaque subscrip-  
tione fidem scripturæ corroboraverint , & propriam postea sub-  
scriptionem impugnare voluerint , audiendi non sunt l . 13 . C .  
de non num . pec . nisi probationib . evidentissimis docere possint se  
vel notarii vel alterius dolo per nimiam facilitatem circumven-  
tos ad actosq ; ut falso subscriberent , tum n . locus veritati super-  
esse debet l . 24 . & seq . l . 29 . in fin . de probat . A . Fab . lib . 9 . tit . 13 . defin . 3 .  
Hu c pertinet , si quis à Principe rescriptum impetrat sub & ob-  
reptitium l . 29 . l . 2 . C . si contra ius vel utilit . publ . c . ex multiplici . de De-  
h . b .

Sf 3 cim.

etim. Georg. Acad. Enenkel de privileg. lib. 1. c. 6. n. 32. & seqq. quamvis enim de potestate Principis in his, quæ spectant ad suam jurisdictionem disputare non liceat l. 1. & 2. ibi Dd de crim. Sacileg. & in c. literas extra de restit. Spoliat. l. ult. C. si contrajus vel util. publ. De Principis tamen scientia disputare permisum est, interdum enim errat l. 3. in fin. de suppell. legat. similiter & de ipsius voluntate l. 43. de vulg. & pupill. & siccirò omnia rescripta debent intelligi cum justitiâ & salvo jure tertii, & si per falsi suggestionem aut veri suppressionem fuerint impetrata, hoc crimen in cursum quilibet fatebitur, Pelsd. loc. num. 68. & seqq. An autem obreptio & subreptio inter se se differant? plerique ajunt, obreptionem esse, quando scienter falsitas exprimitur, subreptionem quando veritas tacetur. Sed verisimilior videtur sententia statuentium discrimen intersub & obreptionem esse nullum, propter l. 29. §. 2. ff. mandati. Ubi obreptio vocatur quando veritas tacetur l. 1. C. si nupt. ex rescript. pec. Ubi quod appellatur obreptitium, statim indigitatur subreptitium l. 10. §. 2. de ius voc. Ubi obreptionem appellat Jurisconsultus quando quis celat conditionem suam Menoch. cas. 201. num. 10. Cuī autem onus probandi, rescriptum esse sub & obreptitium incumbat, docet Trentacing. lib. 1. var. resol. de rescript. s. num. 23. & 24. Ubi an impetrante dolus præsumatur, & num ejusmodi rescriptum ipso jure sit nullum, num. 2. & seqq. Surd. decis. 307. n. 17. Gutierrez quest. Canon. 15. n. 23. lib. 1. & c. 15. n. 14. lib. 2. Vanz. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. jurisdict. deleg. n. 60. Martin. Vran. t. 1. consil. 19. num. 71. & seqq. REFER TUR & huc, si quis in literis mentionatur casum fortuitum incendi, deteriorationis aut similem, ut stipem publicam emendicare, hominesque decipere possit, quibus & similibus Lipsenses & Witebergenses pœnam fustigationis cum relegatione Heig. 2. quest. 27. in quibusdam etiam casibus auriculæ unius abscissionem decreverunt, Coler. decis. 179. num. 1. & seqq. Falsum incurrit & is, qui mutando diem & tempus in aliqua scriptura, facit in ea, uti loquuntur, aliquam antidatam, Farinac. quest. 150. num. 199. AN autem Notarius condemnatur falsi, si instrumentum conficiat nocturno tempore & scribat in instrumento, Actum tali die? N. quia in contractibus dies incipit à media nocte ad medium noctem per

c. 24.

c. 24. de offic. delegat. Rip. de noct. temp. c. 117. qui accurate hæc perse-  
quitur & c. 62. n. 1. & seqq. Menoch. cas. 525. Copiosè Tiraq. de re-  
tract. lign. §. 1. gloss. 11. n. 8. Et maximè falsarius dicendus est is, qui  
sacra biblia adulterat, in quem gravissimè invehitur Lutherus, uti  
videre licet apud Bocer. disp. 15. th. 15. Et summatim falso insigni-  
tur, qui testamentum falsum scribit, subjicit, recitat, signat, verum  
celat, amovet, resignat, delet, l. 2. ad L. Cor. de fals. l. 2. 14. 16. l. pen. &  
ult. C. eod. aut signū testamento obsignando annulum vè adulteri-  
num facit, sculpit l. 13. in pr. h. t. qui rationes, acta, libellos, album  
propositum, restationes, cautiones, chirographa, epistolas &c.  
delet, mutat l. 23. l. 25. l. 29. pen. hic l. 13. l. pen. & ult. C. eod. Dambud.  
c. 122. Bocer. d. loc. th. 5. & 14. Clarus §. falsum n. 31. & seqq. A. Fab. lib.  
9. tit. 13. n. 10. SED si Notarius afferat se falsum fabricasse instru-  
mentum, an ei credendum? N. Vatascus tom. 2. consult. 83. n. 25. add.  
Sola ad antiqu. constit. Sabaud. tit. de fals. gloss. s. n. 4. fol. 364. Fab. C.  
lib. 9. tit. 13. defin. 4. nam fides publica, quam semel instrumentum  
habere cœpit, haut facile in præjudicium tertii infringenda. Et si  
non auditur perire volens, multò minus audietur, qui id agit, ut  
& ipse & aliis pereat argument. l. 2. quod vi aut clam l. 1. de alienat.  
jud. mut. causs. fact. l. 74. de R. J. Boss. in pr. cr. tit. de fals. n. 95. Horat.  
Carpan. de statut. Mediol. c. 344. lit. a. Et quia testium & instrumen-  
torum pars est virtus. Surd. decis. 72. n. 6. Idem de teste falsum.  
se dixisse affirmante erit statuendum, Surd. decis. 319. num. 90.  
decis. 319. n. 5. Fulgos. consil. 173. Thom. Trivisan. 2. decis. cr. 49:  
num. 27. & 28. Bertazz. consil. 451. n. 8. Fachin. lib. 3. consil. 27. n. n.  
quamvis in mortis articulo id effutiisset, Fach. d. consil. n. 6. Gomez.  
ad L. Tauri 83. n. 15. Caesar de Gracchis decis. Rot. Rom. lib. 2. decis.  
21. n. 12. noviss. decis. Rot. Roman. decis. 346. p. 2. n. 4. per text. in l. 3.  
§. 1. ad Syllan. l. 13. C. de non numer. pec. l. fin. C. de probat. l. 1. §. 10. de  
Carbon. edit. l. 2. C. de column. Et ratio est, quia tendit in præjudi-  
cium tertii c. sicut nobis de testib. l. 3. §. 1. ad Syllan. Uran. leit. ad c. ve-  
niens. n. 50. de testib. Decian. respons. 42. n. 46. & seq. vol. 5. Hondoed. n.  
consult. 106. n. 23. nec omnis qui moritur est Johannes Evangelista,  
Bl. in cap. 1. §. Vassalli de pac. constant. in Ufib. Fend. Suspicio  
etiam perjurii, quod semel se commisso afferit, ipsum à re-  
testimonio removet c. quicunque 6. quest. 1. Mynsing. de testibus  
& attestat. c. 54. num. 38. Et dicitur inde, quod is, qui relevatus  
fuit

fuit à satisfactione per juratoriam cautionem, perdat illud privilegium, si semel juratoriam cautionem præstiterit fueritq; perjurus Bl. in auth. ei qui in pr. C. de bon. aut. jud. poss. Et ll. præsumptione juris & de jure præsumunt perjurum, semper pejeraturum c. testimonium de testib. Mynsing. d. loc. c. 7 n. 14. Bargal. de dol. pag. 130. n. 56. Gothofr. à Bavo tr. reat. q. 17. n. 46. add. Mod. Pist. consil. 26. n. 31. & seq. Et tali testi non datur fides etiam in casib. in quib. alias admittuntur inhabiles. Marf. consil. 102. n. 8. & 9. Surd. Decis. 326. n. 90. Gramm. consil. 45. n. 24 quod securus est, si alia concurrunt administricula & indicia l. 58. §. fi. de Edil. Edict. Gomez. d. loc. Surd. de F cis. 107. & 135. (f. l. 22. h. i. c) Sic qui injusta mensura, pondere, bilance &c. utuntur. Dambud. c. 123. Gomez ad L. Tauri 83. n. 12. Francisc. Marc. Decis. 279. Item tenetur falsi, quicunq; in sua mercaturâ addit inutile, ut calcem in vino, pulverem, arenam in blado, gomam in cera, aut species aridas detinet in loco humido, ut piparem, crocum, &c. vid. Jacob. de bello visu 1. pr. cr. c. 7. n. 7. & seqq. Caball. resolut. cr. cas. 8. n. 3. & 4. Ubi quid in frumentis publicis, an corrupta cum incorruptis liceat miscere, quod affirmat per l. 1. C. G de condit. in public. horr. lib. 10. (g) Ut si malitiosè limites sive termini moveantur, signa terminantia abscindantur, abjiciantur, mutentur; Omnes enim ea perpetrantes in falsum delabuntur & pro facinoris magnitudine & caussæ ac personarum conditione, uti infra dicetur, poenis subjiciuntur. P. H. O. artic. 114. Boer. disp. 15. th. 56. Item, si sigillum alienum corrumpatur, Specul. in tit. de instrum. edit. §. postremo. n. 19. in fin. vers. item quod imago sigilli. & n. 20. Marf. in l. 1. §. qui in rationib. n. 3. & seqq. h. t. per textum in l. 30. h. t. Sic sigillans falso sigillo, falso se maculat, §. item lex Cornelia de fals. Inst. de publ. jud. Farin. q. 150. n. 65. At utens sigillo alieno, tanquam alieno in falsum non incidit, Joan. Fab. in §. possunt Inst. de testam. Trivision. 2. Decis. cr. 4. n. 2. modo constet, cuius sit sigillum, Mynsing. de fid. Instrum. c. 7. n. 3. cum alijs ibid. adductis. Item si plures coierint in alienam litem, ut quicquid ex indebita condemnatione redactum fuerit, inter eos dividatur, hac lege coercentur l. 1. §. 1. h. t. l. 6. ad L. Jul. de vi priv. Si etiam quis rem eandem duob. vendiderit l. 21. h. t. Bargal. de dol. lib. 5. c. 15. n. 14. Harpr. disp. 30. p. post. th. 2. Ubi quomodo in solidum à poenâ excusat, Gothofr. à Bavo tract. reat. q. 18. n. 93. Qui d. si quidam alienis vestib. utantur,

utantur, & personati, aleatorii ludi societatem inceant, ut falsorum taxillorum jactu hominib. imponant? morem hunc non modo Germanis, sed & Ital. Gallis, Hispanis, plerisq; aliis communem esse, testatur Jan. Langlæus *Semestr. lib. 8. c. 9.* Unam autem omnium regionum Angliam esse, quæ ejusmodi personatas beluas haec tenus non viderit, nec videre quidem velit, scribit *Polydor. Vergil. de invent. rer. 5. c. 2.* Sed ut sit sub ejusmodi larvis crimen falsi delitescere, nulli dubitamus, *argum. l. 27. §. 3. b.t.* interim non negamus, quod interdum aliena vestimenta induere liceat, nam quandoq; laudatur Solonis insaniam, Lycurgi reditus, Hannibal's mendacium, & Bruti stultitia, *Bargal. de dol. lib. 1. c. 3. n. 15. Rebuff. in l. lata culpa. 233. de V.S.*

III. Utrumque aut nocivum est, aut non-nocivum. Nocivum, quod alteri grave creat præjudicium & omnino punitur; non-nocivum, quod non nocet actu neque potentia, & poenam non meretur, (a) vel actu non nocet, sed potentia, & poenam non evadit. (b)

(a) De primo dubitat nullus, hoc affirmat Angel. in l. 13. vers. A unde liceat C. b.t. Falsitas enim non nocibilis non punitur, etiam quod fuerit commissa cum dolo, secundum Ang. *de malefic. in verbo Falsario n. 3.* nec sufficit ad imponendam poenam, quod veritatis mutatio dolo fuerit facta, nisi etiam ex ea alicui damnum illatum sit. *Farin. quast. 150. n. 338. Gail. 1. obs. 100. n. 7.* Sic qui subtrahit & occultat instrumentum seu scripturam nullam & invalidam, non punitur l. 38. §. 6. *de poen. Menoch. cas. 306. n. 15. & cas. 311. n. 9. Farinac. d. loc. n. 297. Handed. 1. consil. 109. n. 49. & seq.* quod tamen fallit in falsificantibus literas Regias & Apostolicas, *Farinac. n. 345. Bargal. de dol. lib. 5. c. 13. n. 27. & seqq.* (b) Angel. *de malefic. B* verb *falsario n. 3. vers. quod dixi. Menoch. cas. 306. n. 30. & 33. Ludov. à Pegvera decis. 81. n. 16. Francisc. Marc. decis. 739. in pr.* Satis enim est ad incurriendam poenam falsi, falsitatem præjudicare potuisse, licet actu non præjudicaverit l. 5. §. 11. *de his qui dejecer. veleffud. ibi nec spectamus, ut noceat, sed ut nocere possit. Salyc. in l. 23. C. de fals. Thom. Trivian. 2. decis. cr. 4. n. 28. Bertazz. consil. 8. n. 20. Gothofr. à Bavo. tract. reat. q. 18. n. 57. decis. Rot. Rom. noviss. p. 2. decis. 31. n. 9.* Et potentia actui proxima habetur pro actu l. pen. *de milit. testam.*

Tt latissi-

Iatissimè Mars. in rubr. de fidejussor. q. 31. n. 217. Monter. decis. Aragon. 10. n. 18. quamvis igitur ex probatione falsa damnū nemini aut præjudicium adferatur, sufficit tamen quod potuerit dari. P. Caball. resol. cr. cas. 144. n. 2. & seqq. Hinc falsos producens testes, etiamsi testium depositiones producenti non profuerint, nec adversario nocuerint, nocere tamen poterant, pœnâ tenetur falsi. Foller. in pr. cr. in verb. item quod commisit falsitatent n. 40. quod non intellectum volumus, si quis pervenerit ad actum facti remotum, Thom. Grammat. in addit. ad Matth. de Afflict. decis. 21. lit. b.

I V. Committitur autem quatuor modis, vel quia quis fecit, (a) vel quia fieri fecit, (b) vel quia usus est, (c) vel quia verum celavit. (d)

A (a) Quare corruptus edicta prætotis in albo proposita, hanc pœnam non au fugit l. 32. b. t. Item qui alterius manum imitatur l. 23. eod. Nov. 73. in pr. Ubi eos, qui ad imitationem literarum semetipso exercent, Imperator falsantes appellat l. 13. C. hoc tit. Mynsing. in §. item lex n. 2. de public. judic. Bertazz. consil. 538. Petr. Gregor. in syntagm. intr. lib. 37. cap. 1. de fals. num. 6. & c. 5. n. 1. Farin. quest. 150. n. 74. add. Sola ad antiqu. Constit. Sabaud. tit. de fals. gloss. 3. n. 3. fol. 36. 3. Jan. Langlaus Semestr. lib. 8. c. 13. Ubi dicit, quod apud Tranquillum in Tito 3. Titus Vespasianus profiteatur, insignem se falsarium esse potuisse, quod aliena Chirographa graphicè novisset imitari & de aliis ibidem solerte disserit, quem omnino vid. Sed incidenter queritur, num ille, qui falsos quotidiè in vulgus spargit rumores, & temere quævis effutit, pœnâ sit afficiendus? ita putamus, præsertim, si maximæ indè pernicies in Rempub. invehantur. Sic Augustum, scribit Tranquillus, Pinarium quendam Romanum Equitem veluti curiosum coram confodi jussisse, quod ipso apud milites concionante, quædam saltē subnotare visus fuisset, in August. c. 27. Hoc autem Gallicæ esse consuetudinis, ut viatores etiam invitatos consistere cogant, & quod quisque eorum de quaue re audierit aut cognoverit, querant, pulcherrimis & copiosis adno-

B tas Jan. Langlaus d. lib. c. 9. pag. 565. (b) Nam non solum fabricans fallum, sed & mandans fieri, hac coercetur pœnâ l. 2. in fin. ibi cuiusque dolo malo id factum erit hoc tit. Mynsing. in §. item lex

n. 7.

m. 7. Institut. de publ. judic. quare si unus scripsit falsum , alius  
hujus instinctu sigillavit aut subscripsit vel dictavit , tenentur  
omnes Bertazz. consil. 218. num. 9. Handed consil. 109. num. 7. per  
l.2 hoc tit. l. 21. C. eod. etiam si sit cæcus vel literarum ignarus Bl.  
in l. 1. Col. 5. C. de serv. fugit. Gothofred. à Bavo træt. reat. quest.  
18. num. 21. Si tamen quis mandaverit falsum fieri instrumen-  
tum , & non constet instrumentum esse falsum , non tenetur,  
Surd. decis. 282. num. 16. Investitum de feudo , si rasuram & fal-  
sum in rescripto confirmationis facere mandavit , falsum patra-  
re , & feudo privatiposse , vult Afflit. decis. 404. num. 24. (c) l. 4. C  
l. 8. C. hoc tit. l. 13. §. 1. ff. eod. Salyc. in l. 2. C. de fid. instrum. Hon-  
ded. consil. 109. num. 8. Sichard. add. l. 2. num. 4. C. de fid. instrum.  
Sic actor , si producat & utatur falso instrumento ad proban-  
dum creditum , & reus pariter utatur falso instrumento ad pro-  
bandam solutionem , ambobus falsi inuritur macula. Bl. in rubr.  
C. de fid. instrum. Carpan. de statut. Mediolan. c. 76. num. 43. n. 30.  
H i s accensetur , qui usurpat & allegat leges falsas vel consti-  
tutiones & statuta revocata , atque etiā condita à non haben-  
te jurisdictionem l. fin. hoc tit. l. 1. §. falsi. C. de Justin. C. confir-  
mand. Ubi Dd. comm. Pet. Augustinus Morla in Empor. jur. pro-  
œm. tit. 1. num. 58. Et qui falsos scienter producit testes , tenetur  
ac si ipse falsum depositisset l. 24. C. de probat. l. fin. C. de fid. in-  
strum. Decian. 5. resp. 51. num. 15. Notandum autem , quod ubi  
falsitas non est punibilis , tunc nec puniatur , qui ejus dicto usus  
est. Surd. decis. 282. num. 19. Et qui ignoranter falsis utitur , fal-  
sum committere non dicitur l. 8. C. h. t. non enim sequitur , te-  
stes sunt falsi , ergo producens falsum commisit , quia produ-  
ci possunt ab eo , qui credit capitula vera ac testes veraces esse ,  
nam probabiliter super facto alieno errare potuit. l. ult. ff. pro  
suo junct. l. 7. ad Senatusconsuli. Vellejan. Ant. Fab. C. lib. 9. tit. 13.  
def. 1. num. 4. Menoch. cas. 315. num. 6. & seq. Carpan. d. loc. num. 51.  
Decian. 4. respons. 34. num. 58. Si vero falsum exhibuerit instru-  
mentum cum ista protestatione , se isto usurum , si verum ; ni-  
hilo magis productio valebit , nam perquirere , an verum vel  
falsum sit , tenetur , & tum maxime , quando de falsitate fuit  
interpellatus. Decian. 4. respons. 75. num. 13. & categoricam in-  
terrogationem , categorica etiam & absoluta subsequi debet  
responsio , sine ullâ conditione aut adjectione , velit eo uti ,

Tt 2 an non

Dan non, Clarus §. falsum n. 25. A. Fab. d. lib. & t. defin. 13. n. 5. (d) 1. 8.  
C. de Episc. & Cleric. c. si quis arbitretur 22. q. 2. l. 2. C. si contr. jus vel  
utilit. public. c. i. extra de crimin. fals. c. quisquis 11. q. 1. Bargal. de dolo.  
pag. 81. n. 93. Gothofred. à Bavo tract. reat. q. 6. n. 6. & 7. & q. 7. n. 206.  
& seqq. Decian. 2. respons. 100. n. 14. Unde si judex aut Notarius  
non annotent ea, quæ testis dixit, non sunt immunes à crimine  
falsi, cum dividant dictum testis, quod indivisible esse debet,  
& actus hic planè non est aliud, quām studiosa veri occultatio.  
Tranquill. Ambrosin. de process. informatio lib. 1. c. 2. num. 8. & seqq.  
Et Notarius si non scriperit solemnitates requisitas in testamen-  
to punitur de falso Clar. §. falsum n. 28. verific. pariter. A. Fab. lib. 9.  
tit. 13. defin. 2. n. 9. nec auditur aliquo modo probare volens erro-  
rem. Nam eo ipso, quod omittit debitam & consuetam so-  
lemnitatem, præsumtio juris & de jure est, quod scienter com-  
miserit falsum l. 29. in fin. C. de testam. Pels. process. judic. tit. 38.  
n. 38. Ubi Christoph. Winkler. Farinac. q. 157. part. 1. n. 4. Boer.  
decis. 37. n. 4. Carpan. de statut. Mediol. c. 344. lit. a. Et si celave-  
rit instrumentum seu protocollum nolens ejus dare copiam aut  
dixerit se non fuisse rogatum, falsi fit reus. Mars. in rubr. C. de pro-  
bat. n. 50. Boer. decis. 292. n. 25. Menoch. cas. 311. n. 1. & 2. P. Caball.  
resolut. cr. cas. 24. Pruckm. 2. consil. 19. n. 85. Carpan. d. loc. ubi plur.  
Trentacing. 2. var. resol. de fid. instrum. 1. n. 5. ubi etiam per totum,  
quomodo hoc procedat. Item si dicat se non recordari quando  
factum est de recenti Rom. Sing. 376. A n idem adserendum, si  
instrumenta sint antiqua, & notarius bonæ famæ & honestæ vi-  
tæ? N. Menoch. Boer. dd. loc. ex diuturnitate enim temporis præ-  
sumitur oblivio l. 44. in pr. de acquir. poss. Trentacing. d. loc. num. 6.  
Instrumentum autem proprium occultans falsum evitat. Boer.  
decis. 292. n. 4. quod non procedit in occultante commune l. 14.  
C. h. t. Trentacing. 2. resolut. de fid. instrum. 1. n. 1. & seqq. qui exactâ  
disputatione hoc enucleat. Hisce falsariis sese assiciantur il-  
li, qui pro informatione curiæ parte non citatâ examinati, post-  
modum ad repetendum examen vocati, nolunt comparere,  
nam à perhibendo solemnni testimonio citrâ incursum falsi non  
poslunt sese subtrahere. Pet. Caball. resolut. crimin. cas. 55. add.  
Clau. de Battandier pr. crimin. reg. 45. Sol. ad constit. antiqu. Sabaud.  
de fals. gloss. 6. num. 6. Tranquill. Ambrosin. in process. inform. lib. 1. c. 3.  
ubi

ubi an & quādō testis ad testimoniū ferendū & quib. modis compelli possit. Cæterū non citati pedem retrahant citati autem veniant & dicant de quo quæruntur; sint similes campanis, quæ talem sonum edunt, qualem vult ille, qui eorundem pistilla regit deponant juxta ea, quæ examinantur, Gerard. Meynard. decis. Tholoz. lib. 4. dec. 72. n. 3. falsum reticeant, verum propalent, nisi offendere velint Deum, decipere judicem, lādere partem & animas ad orcum detrudere suas c. 1. x. h. t. Pels. process. Judic. tit. 31. n. 98. Notarii etiam imitentur armaria, quæ continent movimenta chartarum, ut quando ab ipsis aliqua instructio quæretur, loquantur, totum autem non rogati dissimulant, q. nesciant scientes Petr. Gregor. de Repub. lib. 24. 6. 6. Caveant itaq; & advocati caussæ, ne jura & secreta partis, alteri parti revelent l. pen. de postul. Br. in l. 2. de prævaric. Angel. de malef. Verb. fals. nu. 49. Robert. 2. rer. judic. c. 19. alias pœnam l. 38. §. 8. & 9 de pœn. non evitabunt, videant etiam senatores, ne sententiam capitalem, à senatu nondum publicaram detegant, modo ultimum suppliciū argum. d. l. 38. §. 1. de pœn. subire nolint. Menoch. arb. c. 537.

V. Verum cum actus semper ita intelligendus, ut falsitas excludatur, (a) in circa acerrima & exquisitissima hic opus probatione, (b) quæsumitur vel ab accusatore, (c) vel etiam à reo ad eius innocentiam purgandam, (d)

(a) Mynsing. consil. 59. n. 35. Surd. decis. 282. n. 11. Bertazz. A conf. 518. n. 12. & conf. 521. n. 15. & seqb. nec enim de facili admittenda, cum propter talem maculam homo ad nihilum redigatur inter homines, ut dicit Alex. in l. 9. §. 1. de hered. instit. & alias in dubio accipiendum id per quod fit exclusio delicti l. 51. prosoc. Trentacing. 2. V. R. defid. instrum. 1. n. 6. quod fit hoc loco data possibilitate veritatis. Bertaz. civ. consil. 52. n. 21. & Dd. comm. ut quando testes diversum deponentes, reduci possunt ad concordiam, quod verbi causa sic fieri potest, depositus quidam Sempronium tali die sanum fuisse, alii infirmum, conciliantur, si dicatur, ut de mane fuerit sanus, & eadem die in morbum inciderit, Far. q. 65. n. 271. Thomas Actius, de privileg. infirm. p. 1. c. 36. n. 19. laetissime Volem. de testib. cent. 5. concl. 70. & seqb. (b) l. 22. C. b. t. qui-

libet n. præsumptionē habet, q falsum nō commiserit l. 18. §. 1. de probat. Mars. conf. 51. n. 31. & conf. 104. n. 31. Bertaz. 95. 8. n. 10. Si ergo quis prætēdat aliquē falsum dixisse, vel fecisse, debet cōcludenter & necessariō illud p̄bare, Mafc. concl. 740. n. 2. Honth. de art. notar. lib. 2. c. 7. n. 2. Gram. conf. 19. n. 3. Decian. 10. 1. conf. cr. 102. n. 23. Licet v. dol⁹ nō præsumatur per vulg. Sit tamē extent cōjecturæ perspicue Seraph. de seraph. de priv. juram priv. n. 2. valdē evidētes Castr. in l. 6. C. de dol. urgentes. Rot. Genuens. dec. 76. n. 3. magnæ. Vinc. de Franch. dec. 180. n. 6. efficaces, Deci. conf. 245. claræ manifestæ, Roland. à Vall. conf. 11. Vehemētes Gratian. conf. 132. qn act⁹ dolos⁹ detegi & p̄bari possit, nō dubitat, Rip. de noct. temp. c. 16. n. 5. & seqq. Idē cōculuit latē Surd. conf. 132. n. 86. & seqq. & q ejusmodi cōjecturæ, si tendat ad idem & eundē finem, faciant plenam probationē, concludit Emil. Verall. decis. 4. perl. 16. C. de p̄en. Suspicionē & conjecturam falsitatis inducit cera recens, Trivis. cr. dec. 4. n. 10. diversitas atra menti, Bertaz. conf. 411. n. 4. rasura, cancellatio & id genus alia, de quib. s. & Verall. decis. 3. n. 11. & seqq. Osascus decis. 117. n. 7. Carp. de stat. Mediol. c. 344. lit. a. Men. 1. præsumpt. 99. perl. 1. & 5. præf. 20. conf. 138. n. 7. falsi itē suspicioni subjicitur id, q nocturno tēpore actum fuit, unde omnis voluntas ultima noctu cōfecta pro tali habetur

**Q** Rip. d. tr. c. 144. Num v. testamentū sole deficiente, seu eclypsi existēte citra falsitatē fieri possit? vid. eund. d. loc. c. ult. n. ult. Justa etiā inquirēdi caussa est cōtra eum, qui id facit, quāvis mandante altero, q non nisi in malos usus & falsi cōminiscendi gratiā destinatū

**C** esse possit A. Fab. in. C. lib. 9. t. 13. defin. 7. (c) Nō facilē a. ad hanc accusationē decurrentū, quia ea res multis respectib. est valdē periculosa, & Pels. in process. jud. tit. 38. n. 3. nec quilibet etiā ad eā admittitur, nam inter cōjunctas personas silet falsi accusatio l. 17. & l. pen. C. de his, qui accus. nō poss. i. c. circō procuratorē fiscilitē & accusationē ex se qui hoc casu vult A. Fab. d. lib. & tit. def. 5. sic nec suppositi partus accusatio omnib. ut s. dictū, sed iis tantū, ad quos ea res pertinet, jure cōcessa est l. 30. §. 1. b. t. l. 10. C. eod. Quia v. occurrit sāpē, ut heredes in facto, inter defunctorū opes inveniant instrumenta, & alia documenta, quæ oppugnantur de falso, an & illi te-

**Q** neātur? quærerit Gothof. à Bavo tr. reat. q. 18. n. 17. & respondet, q te neātur actione tantū in factū, quaten⁹ ad eos p̄venerit l. 27. de dol. nec falsi notā incurrāt, nisi iis utātur, Gothof. d. loc. n. 20. & q. 22. n. 2.

**Q** & seqq. Cura. si instrumentū arguatur falso, probatio incumbit?

aut

aut instrumentū productum primā facie est suspectū, pūta can-  
cellatū, corrasum &c. & tum producēs probet rei veritatē l.24. C.  
de probat. aut nulla ex parte, & tum excipiēs p̄bare tenetur l.n.C.  
eod.l.4. C.de edend. Specul. de probat. §. probari a. Pels d. loc.n.4. Non Q  
incōmodē hic quæritur, corā quo judice, principaliter hæc actio  
instituēda; licet n. delictū cognoscatur per quatuor judices regu-  
lariter, originis, domicilii, delicti & loci, in quo quis plurimū ver-  
satur l.1. C. ubi de cr. ag. oport. Vinc. de Franch. dec. 37. n.2. & 3. nihi-  
lominus tamē dubitatur corā quo hæc instituēda? nos forū deli-  
cti principaliorē cū Vinc. de Franch. d. loc. cōtendimus, quē admo-  
dum n. si q̄s vulnerat aliquē in alieno territorio, sortitur ibi forū  
p vulg. sic etiā si falsitate sua vulnerat aures judicis, potest puniri,  
nō obstante aliquā except. fori aut incōpetētiæ. l.12. C. de testib. Sich.  
ibid. Tess. dec. 266. Ubi n. an falsitatis cognitio spectet ad dnū vel  
vasallū, qñ corā dño falsitas fit vel pducitur. Quid si Cleric⁹ aut Q  
presbyter accusat⁹ sit de falso corā judice Laico, an liceat illi decli-  
nare ad suū judicē Ecclesiasticū? omnino nō. nā tenet corā laico  
respōdere, etiā si ei sit inhibitū ab Episc. Ang. in l.5. C. de bon. vac. lib.  
nec est remittend⁹ ad judicē Ecclesiastic. delictū n. excludit omnē  
dignitatē & omne privileg. l.1. in fi. C. ubi senat. vel clariſſ. Sich. ad d.  
l.12. C. de testib. n.10. Gothof. à Bayo tr. reat. q. 16. n. 102. Ubi tñ addit,  
Senatū Sabaud. an. 601. 7. Decemb. in contrariū judicasse. SED an- Q  
testis deponēs falsum in caussa civil. corā judice civili, possit ab eo  
puniri, an v. cognitio spectet ad judicē criminalē? ambigitur. Ne-  
gāt pri⁹ Vino. de Franch. dec. 147. n. 6. Volcm de testib. cent. 5. concl. 68.  
Nos contrariū amplectimur per l.14. C. de testib. Affl. dec. 219. n. 1. P.  
Caball. ref. cr. 117. De judice delegato quid statuendū? affirmare vi- Q  
det, d. l.14. C. de iest. sed negare l.32. b.t. quid ergo? Notandum hic  
putam⁹, q̄ delegatus nō possit punire testē falsū ordinariā l. Corn.  
pœnā l.32. benē tñ extraordinariā & sic trāsit l.14. C. de testib. Affl.  
dec. 230. n. 3. & ibi Marc. Ant. Pulveri. add. Ludov. à Pegver. dec. 79.  
n. 3. Gv. Pap. conf. 45. n. 5. Num hāc pœnā judex mitigare possit, se-  
dulò explanat Ant. Sol. ad const. antiq. de fals. gl. ut n. 12. (d) Licet ac. D  
cusator suā intentionē nō p̄bet, tñ reus nō debet absolvijuxt. l.4.  
C. de edend. nisi suā purget innocentia l.22. C. b. t. Gilk. ad l. 24. C. de  
probat. n. 4. Purgat a. suā innoc. si ex errore & ignorātia se id fecisse  
p̄bet (q̄ n. ignorant. allegat, eā p̄bare tenetur. c. 20. extr. de El. Go-  
thof. à Bay. d. lo. q. 18. n. 12.) p̄bat v. ignor. cōjecturis; cōjectura a. hic  
ultra:

ultra bonam famam, quæ multum prodest. Br. in l. 1. §. pen. de re  
milit. Cravet. consil. 38. n. 34. ea etiam est, quod nullum ex falsitate  
prætensa lucum percepit, quo casu falsitatis suspicionem cessare  
docet, Tess. q. for. 36. n. 6. Purgat & suam innocentiam in crimen  
falsæ monetæ, si eum exhibet, à quo habuit, August. ad c. Ang.  
de malef. Verb. fals. n. 30. perl. 4. C. b. t. Gomez ad l. Tauri 83. Decian.  
lib. 7. crim. c. 27. Semper namq; subveniri oportet ei, qui nihil nisi  
indemnitatem sibi quærerit l. ult. §. sin vero. C. de jud. de lib. l. 6. §.  
simili, qua in fraud. credit. præsertim si alias sit bona famæ A. Fab.  
lib. 9. tit. 15. defin. 2. quid? Si quantum in se fuit id egerit, ut eum  
à quo habuerit, exhibere posset, is tamen aufugerit & contumax  
sit? perinde hic absolvetus est, nam & is eum exhibet, qui saltē  
indicat, licet non sifstat, Fab. d. loc. tit. 15. defen. 5. quin imò suffi-  
cit, quod ab alio habuerit, quāvis illum non nominet, Decian. d.  
loc. Item si dicat se tonsam & vitiatam monetam expendisse, sed  
eo precio, quo verè valuit, Mars. d. loc. n. 107. Decian. d. l. ubi per  
totum varios à crimen falsi excusandi subiicit modos, P. Caball.  
ref. crim. 199. Ubi diligenti animadversioe eandem materiam  
pertractat, quem omnino vide. Handed. consil. 92. per tot. Vol. 2.

VII. Accusatore accusationem suam persequente,  
reus si non exceperit, pœnis, quæ pro qualitate delicti  
interdum gravissimæ, (a) & variæ, (b) subditur, vel si  
nihil probatum fuerit, absolvitur. (c)

A (a) Pœnæ enim commensurandæ delictis l. 22. C. de pœn.  
c. 6. x. de homic. c. 13. de Vit. & honest. Cler. Ideoq; propter reite-  
rationem (ex qua inducta dicitur consuetudo & perseverentia  
delicti l. 1. C. de super exact. lib. 10. Capoll. consil. crim. l. 3. consil. 77. n. 2.)  
vel alias circumstantias sunt augendæ l. 28. §. 3. & 10. de pœn. l. 3.  
in fin. C. de Epis. aud. l. 8. V. si vi les. C. ad L. ful. de vi publ. & priv.  
l. 3. §. 9. de remilit. c. non offeramus 24. q. 1. Zilett. 1. consil. cr. 101. n. 12.  
P. Caball. e. 145. n. 4. & 5. Et hinc pro qualitate admissi aut exten-  
duntur ad extremum supplicium l. 22. C. b. t. l. 1. & 2. C. defals.  
monet. aut remittuntur usq; ad manus amputationem N. 17. c. 8.  
in pr. N. 201. §. 2. N. 134. c. 13. vel usq; ad relegationem l. 13. §. 1.  
l. 21. l. pen. & ult. hic. Gilhaus. arbor. jnd. crim. c. 2. tit. 20. de fals. n.  
23. Tess. q. 15. n. 3. AN ergo gravius puniendus, qui capitulum  
fabricat

fabricat falsum, illud producit, super eo testes inducit, ipsisq;  
attestationib. utitur, anverò unicâ saltē pœnâ plectendus? Poste-  
rius arridet *P. Caball. d. c. 145.* Ubi rationem addit hanc, quod  
omnia ista delicta eiusdem sint generis & ad eumdem effectum  
unummet finem consequendæ victoriæ tendant, *Boer. decis.*  
*82. circ. fin. n. 10. Farin. q. 22. n. 26. Bertazz. cons. crim. 24. E 25.*  
*lib. 1. Thom. Trivis. 2. crim. dec. 49. num 44. Capoll. d. loc. num. 8.*  
(b) *Quia verò omnes huc adducere tædiosum, partim verò ad-* B  
*ductæ, præcipuas saltem subjiciemus. falsificans Imperatoris mo-*  
*netam cudendo & feriendo, flamarum exustionibus mancipa-*  
*tur, l. 2. C. de fals. mon. Et quidomos suas ad hoc scienter locant,*  
*carum amissionem sustinent, *Menoch* c. 316. n. 8. E 9. Gutierrez.*  
*3. pr. q. 4. n. 3. Vinc. de Franch. dec. 440. n. 5. Everh. Jun. 1. cons.*  
*54. P. Wesenb. cons. 45. cui concordat constit. Carol. cr. art. iii. Et ita*  
*etiam in dicasterijs pronunciatur, si scil. monetā in totum effor-*  
*matam falsificantes insuper dolo malo alios defraudendi caußā*  
*expendent, *V. Moller.* 2. Semestr. 35. quæmadmodum & hic*  
*Jenæ responsum fuit Mense Novembri, Anno 1611. Hat der*  
*Verhaffte N. N. bekandt / daß er für 100. fl. Bazen vnd für 50. fl.*  
*Apfel zwölffern gemacht / vnd hin vnd wieder auff Märckten*  
*da er gewesen aufzugegeben / etc. Woferne er nun für öffentlichen*  
*Gerichte vff diß sein gethan Bekändniß freywillig verharren*  
*wird / so wird er solches falsches Münzens halben / mit dem*  
*Fewer vom Leben zum Tode gestraffet. Et licet in d. art. iii. fal-*  
*sam monetā fraudulenter dolo malo duntaxat expéndentes, si-*  
*militer flamarū exustionibus mancipari jubeantur, tamen ille*  
*rigor in pronunciando & in praxi non observatur, sed fustigatio*  
*cum perpetuâ relegatione huiusmodi falsariis imponi solet, *V.**  
*Marth. de afflct. in const. reg. Sicil. lib. 3. Sicut in scabinatu Jenensi*  
*Mense Februario Anno 1609. cuidam Viro falsario, qui*  
*falsam monetam cuderat, per mutaverat, & partim ipse,*  
*partim mulier, quam secum circumduxit, expéndeat, ignis*  
*pœna, mulieri verò, quæsciens falsam monetam expendit, fu-*  
*stigatio cum perpetuâ relegatione fuit dictata; Sententiæ tenor*  
*talis fuit: Hat N. N. bekandt / daß er vor vier Jahren falsche*  
*Münze / so sich vff 500. fl. verlauffen thut geschlagen / dieselbe*  
*durch einen Jüden zu Frankfurte verstochen vnd sonsten aufge-*

Vu                    ben /

ben/re. so wird er dieser Misshandlung halben/mit dem Feuer  
vom Leben zum Tode gerichtet / das Weib aber / so er mit sich ge-  
führt/wird wegen dessen/ daß sie wissenlich solche falsche Mün-  
ze aufzugeben / mit Ruten öffentlich aufgestrichen / vnd des-

**Q** Landes ewig verwiesen. AN idem statuendum in alterius Prin-  
cipis Imperatore inferioris monetam corruptentibus? A. Me-  
noch. arb. c. 316. n. 29. Gilhauſ. d. loc. n. 28. De Jure Saxonico fabrica-  
tores falsæ monetæ, non obstante ætate minorenni, igne creman-  
tur Landrecht. 2. artic. 26. in fin. Coler. d. decis. 179. n. 12. Ex Con-  
stitut. Imperii de anno 1566. falsam monetam cudentes ipso  
facto sine sententiâ declaratoriâ in bannum incidunt, Gail. i. obs.  
3. n. 9. Qui verò probam monetam circumcidit & radendo mi-  
nuit, aut absque privilegio superferiendâ monetâ etiam justæ li-  
gæ & valoris facultatem sibi arripit, pro cauſæ cognitione vel  
corporali vel pecuniariæ subjicitur pœnæ Constit. Carol. cr. d. art.  
II. Tametsi rasoribus monetæ pœnam gladii dictatam fuisse per  
Lipsenses testetur Coler. d. decis. 179. n. 13. Simile Florentiæ extat  
decretum , quo tondentes vel aliter mutilantes monetas pu-  
niuntur pœnâ pecuniariâ, vel corporali etiam usque ad mortem  
inclusivè P. Caball. resolut. 191. n. 6. add. Gomez ad l. Tauri 83. n. 4.  
Insuper quialterius monetam conflat , & in aliam vertit, corpo-  
ris aut bonorum pœnâ, pro cauſæ qualitate adficitur. Constit. Ca-  
ro. cr. d. loc. Wo aber irgend einer eines andern Münze verbrennt/  
oder wiederumb in Ziegel brechte / vnd geringe Münze daraus  
machte / der sol an Leib vnd Gut nach gestalt der sachen gestrafft  
werden. Cæterū si quis falsas monetas ære contaminatas in ar-  
câ possideat, non ut eam expendat, non punitur, Menoch. d. c. 316.  
n. 62. & seqq. Handed. 2. consil. 92. n. 25. Et qui cepit falsam persecute-  
re monetam, sed pœnitentiâ ductus, non perfecit, non mortis  
sed mitiori pœna tenetur. l. 19 pr. h. t. Menoch. d. loc. n. 23. & seqq. P.  
Cab. resol. 27. n. 6. Miles autem qui custodia reum hujus criminis  
eximit, capite punitur l. 1. in pr. C. de fals. monet. Decian. 7. c. 28. n. 3.

**Q** AN autem mulieri, quæ scivit falsam monetam à marito & aliis  
cudi , nec revelavit , ordinaria infligenda pœna ? N. eleganter  
Ant. Fab. 9. tit. 15. defin. 3. Evadit etiam hujus criminis pœnam &  
veniam meretur , qui socios criminis falsæ monetæ indicat l. 1.  
vers. accusatoribus C. h. t. l. 5. C. Theod. eod. Ant. Fab. d. loc. defin. 4.

In.

In regno Neapolitano fallificantes monetam , consentientes & cām accipientes pœnā capitis eum publicatione bonorum puniuntur, *Ludov. Car. pr. crim. de appell. cas. 16. n. 8.* Apud Hispanos daqueō suspenduntur, *Men. d. loc. n. 14. ubi per tot. Testes etiam fa sum committentes multiples incurunt pœnas.* In criminalibus pœnā mactantur mortis vel eādem , quā teneretur reus, si contra eum verē probaretur delictum *l. 7. §. 1. ad l. Cornel. de Sicar. accusator enim calumniosus punitur similitudine supplicii. Const. Carol. cr. artic. 68.* Wo Zeugen erfunden vnd überwunden werden / die durch falsche boshaftige Zeugnus jemand zu peinlicher Straße unschuldig bringen oder zu bringen unterstünden / die haben die Straße verwürcket / in welchen sie den Unschuldigen / als obstehet / haben bezeugen wollen/ & artic. 107. Wo aber einer durch seinen falschen Eyd jemand zu peinlicher Straße schwüre / derselbige sei mit der Peen / die er fälschlich auf einen andern schwert / gestrafft werden. Wer solch falsch Schwören mit wissen fürsätzlich vnd arglistiglich dazu anrichtet / der leidet gleiche Peen. *Volumar. de testib. cent. 5. conclus. 47. & seqq.* Et hoc in tantum verum esse intelligitur , ut testis , sicut homicida propter ipsius falsum testimonium puniri possit , etiamsi accusatus absolutus sit de homicidio. *cap. hac imago in fin. 33. quæst. 5. Gilhau. d. loc. num. 11.* Ubi quod idem obtineat non solum in judicio publico , sed etiam in privato capitali. Lege etiam Mosaicā testes falsi eam sustinent pœnam , quam alias ille contra quem testimonium ferebant. *Deuter. 12. Apud Romanos Saxo Tarpeio dejiciebantur Alex. ab Alex. Marc. de Mantua sing. 16. num. 1. quæst. 15. num. 3. Gell. 20. noxt. Attic. c. 1.* In Britannia Celticā etiam regiā constitutione sanctum est , ut falsi testimonii convicti exiremo suppicio à judicibus animadvertantur , *Jan. Langlau. Semestr. 4. c. 4. ubi sux provinciæ statum deplorat , dum ait , nescio quo fato hominum fiat , improbitate & malitia indies magis magisque excrescente , ut nulla provincia sceleratissimis hisce testibus magis abundet , quam hæc nostra Britannia ; in qua plerique velut ex professo testandi studium q. artem excent , in idq; cuvis iis uti volenti , suas operas locant , ut falsum testimonium dicant. Abeunt & secessum*

quærunt ab Epaminondâ, quem ne joco quidem mentitum unquam fuisse fidi scriptores tradunt, Lips. monit. polit. c. 7. Jacob. Schultes obs. 45. n. 16. Exorbitant à tramite Ataxerxis, qui ita mendacium aversatus fuit, ut mendacis hominis lingvam clavō affigi jussit Alex. ab Alex. 6. Genial. dier. 10. Discedunt & longè ab instituto Persarum, qui suos juvenes tria præcipue docebant, equos peritè agitare, sagittas acriter & certo jactu remittere, vera deinde loqui, Celsus Rhodig. antiq. lect. tom. 2. lib. 18. c. 18. quin potius imitantur Ægyptios quibus summa erat impunitas mentiendi, quo siebat, ut nullus esset illis mentiendi modus, Alex. ab Alex. d. loc. à Bargal. de dol. s. c. 15. n. 35. relatus. Illi qui mensuris publicè probatis, item ulnis, ponderib. stateris & similibus rebus abutuntur, vel easdem falsificant de jure civili tantum relegatione puniuntur, l. 6. §. ult. de extraord. crim. l. pen. §. 1. h. t. Jure v. novissimo Carolino ejusmodi falsarii pro criminis magnitudine etiam virgis cædi vel alia graviori & capitali pœna affici jubentur Constitu. Carol. crimin. artic. 112. Gilhaus. d. loc. num. 32. Jure Pontificio imponitur hujusmodi hominibus pœnitentia 30. dierum in pane & aqua c. 2. de empt. & vendit. Menoch. arb. c. 317. n. 3. Lege Saxonica statuitur, mensuram aut pondus falsificantem virgis cædendum esse Landrecht 2. art. 13. Et ita pronunciatunt Lips. Ab alio verò mensuras falsas confectas usurpantem relegatione vel aliter, pro admissi qualitate arbitrariè puniendum vult König. in process. tit. von alterley Straffen. rubr. von Pœn. falsches Masses. Coler. decis. 179. n. 9. 10. & 11. Et ita mense Junio hujus anni currentis 1613. in dicasterio Jenensi pronunciatum. Woferne ermester Müller die falsche Mezen nicht allein wissenschaftlich gebrauchet: Sondern auch solche Gemäß selbst gesetzet / so wird er solches begangenen Falsches willen/nach S. Rechten mit Staupenschlegeln des Landes ewig vorwiesen: Do er aber die Mezen nicht selber gesetzet / sondern nur wissenschaftlich solche gebrauchet / so ist er dieser falschen zum öfttern gebrauchten Gemesse wegen des Landes ewig zu verweisen. Aliás si quis mensuras vini &c. corruptipit, dolovè malo fraudem facit, quanti ea res est, ejus dupli actione tenetur. l. pen. §. 1. h. t. E A D E M pœna irrogatur illis, qui signum adulterinum faciunt, sculpunt aut in literis, instrumentis vel tabulis

tabulis falsum committunt. *Const. Carol. cr. d. art. 112.* Lipsenses  
falso sigillo utenti fustigationem & sigilli in frontem inustionem  
decreverunt, *Coler. dec. 179. n. 5.* *Ludov. à Pegver. dec. 81. n. 1. ex Boer.*  
*decis. 82. n. 9.* scribit, quod falsificans literas regias in Gallia defe-  
rendo manu tædam accensam per aliquot civitatis vias fustige-  
tur, deinde ad magistratus palatum ducatur, ibi q; ferro canden-  
ti signiatur & banniatur, *Menoch arb. c. 306. n. 6.* Literas principis  
resignantis Lips. pœnam fustigationis, aut saltem venditionem  
bonorum cum migratione ex territorio dictitarunt Anno 1545.  
Mens. Aug. in dicasterio verò Jenensi cuidam rustico ex malitia  
literas cuiusdam nobilis ad alium nobilem deferendas tabella-  
rio eripienti & resignanti arbitaria pœna vel relegationis vel  
pecuniaria grandis summæ Mense Decemb. Anno 1607. dictata  
fuit. In Neap. regno falsificanti literas regias pœna capitalis est  
constituta, *Afflct. dec. 21.* In districtu Mediolanensi igni concre-  
mandus traditur, *Menoch. arb. c. 306. n. 10.* Cæsar Augustus crura  
effringi voluit ei, qui pecuniā corruptus literas suas alteri legēdas  
tradidit *Sveton. in vit. ipsius Aug. c. 67.* latè *Menoch. ca. 538.* majori  
pœnâ dignus, qui secreta principis detegit, ut dānum inde ex-  
ultet. Unde jure Franciscus Alidosius Cardinalis Papiensis occi-  
sus scribitur, ob id, quod secreta, quorum tamquam Bononiæ le-  
gatus particeps erat, Gallis hostibus ita aperuisset, ut Bononia ab  
ipsis Gallis caperetur *Menoch. c. 537. n. 11.* Falsarius circa instru-  
menta & scripturas, statuto Senatus Sabaudici, igne comburitur,  
*Gothof. à Bavo q. 7. n. 209.* Et q. 18. n. 44. ubi refert, quod anno 1603.  
30. Aug. decreto Senatus Notarius quidam nomine Michaud eā-  
dem ignis pœnâ multatus fuerit. De jure civili falsum immuni-  
tatis scribenti instrumentum flamma est supplicium *l. 1. C. de im-*  
*mun. nem. conced. ubi Gothofr. Honth. 4. c. 28. n. 15.* *Corsett. in verb.*  
*falsum sing. 121.* *Ludov. Rom. sing. 385.* extra hoc, falsum conficiens  
etiam amputatione manus, & perpetuâ punitur infamia, *argum.*  
*text. in c. 55. §. callidis. 2. F. Mynsing. 6. obs. 65.* aut si omittat debitas  
solemnitates parti ad dānum & interesse tenetur *l. fi. C. de magistr.*  
*conv. Joseph. Ludov. decis. 13. n. 67.* Et 72. *Farin. q. 157. n. 8.* quo casu  
parti dānum passæ deferendum censer juramentum in item  
n. 9. de procuratore litis falsario vide *Const. Car. cr. artic. 115.* Ubi  
publicè fustigatur & de provinciâ exterminatur, *Bertazz. l. consil.*

106. n. 31. Cæterum in genere observandum, si certa falsi pœna definita non sit, hominibus liberis deportationis pœnam cum publicatione bonorum, servis autem ultimum constitutum fuisse supplicium, l.i. §. ult h.t. Brevibus, sat pœnæ, quod mentienti, si poste à vera proferat, veritas ipsa non credatur, *Cyn. in l. 18. C. de transact. Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 121.* Notandum etiam apud omnes ferè populos omni tempore mendacii & falsi supplicium fuisse indictum, *Plato lib. 11. de ll. inquit*, nemo Deo invocato mendacium dicat, aut decipiat, aut adulterare verbo vel re quicquam audeat, nisi Deo velit odio esse, *Ignat. Lopez pr. crim. Canon c. 96. lit. a.* Indo, si termendacium dixisse convincebatur, per omnem vitam silentium imponebatur, nulloque magistratu aut honore dignus reputabatur falsario incisos digitorum nervos Alexandri decreto *Lampridius*, *Claudii præcisas manus Sveton. scribit*, quid sacræ literæ de mendacio evomente statuant, videre licet *proverb. 6. 9. 19. 20. 25. Sap. 1. Matalch. 3. Zach. 5.* ubi, maledictio commorabitur in domo jurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus ejus & consumet eam & ligna ejus & lapides ejus: & aliis loc. Concinne admodum hac de re

**C** *Bargal. de dol. s. c. 15. (e)* Non enim semper se se reus purgabit, sed cum demum, cum actor aliquid probavit, licet non plenè, nec semiplenè, si verò nihil contra reum protulit, necesse non est, ut se se purget, sed totus absolvitur, ita *Salyc. post Dd. in l. 22. C. h. t. Angel. de malef. verb. falsario. n. 50.*

VII. Et cum hoc crimen sit atrocissimum, (a) multa in eo occurunt singularia, quorum præcipua Coronidis loco adnectemus. (b)

**A** (a) Quippe quod beneficio & homicidio detestabilius, *Honded. 1. cons. 109 n. 9.* Et ex quo homo remanet sine fide, & moritur mundo, *Prosp. Caravit. in addit. ad decis. Muth. de Afflict. dec. 404.* Unde enormissimum appellatur, *Mars. cons. 105. n. 7. & seq. cū aliis, & tam abominabile, q̄ ullū, Joan. Ana. in rubr. de cr. fals. nec immetitò, Deum n. citare in testē mendacii, nefandū scelus est*, ut ait ex Philon. *Ignat. Lopez. pr. cr. Can. c. 97. lit. a.* Imò nullū crimen in toto extat orbe, q̄ abjectius deprimat hominē, ejus statū & famam,

**B** q̄ præsens, *Ludov. de Pegver. decis. 80. n. 3. add. Decian. 7. c. 24. n. 1. (b)* i. Jus accusandi licet in quocunq; ferè crimine duret tantum modò

annos

annos viginti l. 12. C. b. t. & inquisitionem etiam hoc spacio tollit  
recte affirmant interpretes, Gail. i. de pac. publ. c. ult. n. 33. Wes. consil.  
22. n. 6. Theod. Petreus concl. cr. 110. Vant. de nullit. proc. 3. c. 6. n. 31.  
Crimen tamen suppositi partus & illius accusatio est perpetua  
l. 19. b. t. P. Gregor. syntag. 36. c. 3. n. 5. Ang. in l. 1. n. 1. C. b. t. Farin. q. 105.  
n. 262. Gothof. à Bav. q. 22. n. 10. Speciale quoq; est in criminis part  
suppositi, ut procedi possit etiā post mortē matri, d. l. 19. Farin. n.  
244. Mars. ad d. l. 19. §. 1. n. 12. 2. Statutū loquens de incarceratis re-  
laxādis, vel de aliquib. rebanniēdis non extenditur ad carceratos  
vel exbānitos de crim. falsi, l. 17. ad Sctm Turpill. Marc. de Mantua  
sing. 16. n. 1. Mars sing. 163. Gothof. à Bavo q. 21. n. 12. Et in generalib.  
principis remissionib. falsariis denegatur remissio cum ingressu  
principis, q̄ tñ alii malefici & criminosi in talib. solentib. ingres-  
fib. facile impetrare solēt, Damb. c. 124. n. 10. & seq. Matth. de Affl.  
dec. 404. n. 22. Thom. Gram. decis. 2. n. 28. Ludov. à Pegv. decis. 80. n. 1.  
Ignat. Lopez. pr. cr. Can. c. 97. lit. a. 3. Nobiles & consimiles personæ  
privilegiatę nobilitatis & alia privilegia ex hac causs. perdūt, & ad  
veritatē in criminis falsi eruendam aliquando quæstionib. subjici  
possunt, Thoming. dec. 7. n. 27. Farin. q. 150. p. 1. n. 15. Luc. de Penna in  
l. 13. C. de dignit. Ludov. Pegv. dec. 80. n. 30. Tiraq. de nobilit. c. 20. n.  
121. 4. Eximēs carceratū p̄ falsā monetā, vel curās ut fugiat, capite,  
ut s̄. adnotatū, etiāsi miles sit, punitur, q̄ tñ. in eximentib. carcera-  
tos ppteralia criminis locum non obtinet, l. 1. de fals. mon. Decian.  
7. c. 24. n. 14. 5. Criminis falsæ monetæ socius contra l. fin. §. fin. C.  
de accusat. socium accusare potest, & omnino consequitur immu-  
nitatē & veniam delicti, l. 1. C. de fals. mon. Gomez 3. refol. c. 12. n. 16.  
q̄ posterius, quantūvis Br. in l. 4. §. 4 de condic. ob turp. causs. neget,  
est tamē verissimū; si n. cōceditur socio ut accuset, ergo etiam cō-  
cessa videtur immunitas à delicto, quia aliás fatuus eslet, qui ac-  
cusaret socium, ut ipsa accusans puniretur, cum nemo p̄sumatur  
habere odio carnē suam l. 1. C. de ys qui sibi mort. confir. pulchrè  
Dec. d. loc. n. 7. 6. Socius etiam criminis, licet aliás non possit esse  
testis contra socium, atramen specialiter est in hoc receptum de-  
lictio, l. 1. C. de fals. mon. Mars. in l. 19. n. 70. b. t. idq; ob rationē boni  
publici, nam per monetam adulterinam principaliter Respubl.  
læditur, Br. in l. 30. b. tit. Ludov. à Pegver. decis. 5. n. 18. & decis.  
46. n. 12. 7. De hoc convictus criminis nō appellat d. l. 1. Carer. in pr.


CRIMB.

rim. in pr. n. 94. quod regulariter non contingit c. nihil 2. quest. 1.  
Mars. ad rubr. b. t. n. 21. Et potest talis monetarius etiam sine judi-  
cis jussu apprehendi, Mars. in l. 19. n. 69. h. t. Salyc. in d. l. 1. C. de fals.  
mon. quin imò adeò exosam habent leges adulterationem mo-  
netæ, ut & domum, in qua fabricatur, fisco, ut s' ex d. l. 1. demon-  
stratum, adjudicandam velint, nisi dominus primum ignorans  
scelus hoc manifestaverit, aut longissimè abs fuerit, vel domus ad  
viduam aut pupillum, quæ personæ speciali indulgentiâ dignan-  
tur, spectaverit, hisce enim casibus, confiscationi non subjacet,  
nullusq; inde sentit detrimentum, Ludov. à Pegver. dec. 46. n. 13.  
quia etiam d. l. 1. loquitur de fabricante, ad eum, penes quem re-  
peritur, aut qui expendit, trahenda non est, tum quod in odiosis  
non fiat extensio per vulg. tum quod in dubio appellationi sit de-  
ferendum, Specul. in tit. de appell. §. nunc dicimus, Paul. de Castr. l. si  
quis cauit. Mascal. de probat. concl. 117. Job Gutierrez 1. pr. quest. 103.  
Obtinet tamen locum in falsam monetam radentibus, d. l. 1. De-  
sian. 7. c. 20. n. 5. Ludov. à Pegver. dec. 85. n. 2. 8. Paria delicta mutuâ  
compensatione solent tolli, l. 39. solut. mairim. fallit tamen in cri-  
mine falsi, in quo una falsitas cum aliâ non compensatur, sed  
utraque punitur, Mars. ad rubr. b. t. n. 15. 9. In criminis confessio-  
ne non principaliter, sed incidenter factâ, verâ quis delicti pœnâ  
non punitur l. 1. C. de ordin. judic. id tamen non procedere in cri-  
mine falsi ait Claud. de Battand. caus. crim. prax. reg. 78. 10. Licet  
confirmatio operetur supplementum defectus in confirmato  
existentis c. quoties extra de pact. c. 1. de transact. Mars. sing. 79. privi-  
legio tamen, in quo falsum reperitur, confirmatio etiam cum  
quacunque clausulâ velex certâ scientiâ vel motu proprio, vel  
alio modo facta, non prodest, Abb. in c. inter dilectos, extr. de fid. in-  
strum. Mars. sing. 169. Plura qui desiderat, adeat Mars. locis sæpius  
citat, & alios, qui hinc inde plurima collegerunt, ad  
quos brevitatis studio, nos remisisse  
sufficiat.

26(†)90


Disp. IX.





X2617645

KDM



**Farbkarte #13**



12038

A. D. O. M.

COLLEGII CRIMI-  
NALIS

DISPUTATIO VIII.

34.

19

# DE CRIMINE FALSI,

Quam

Authoritate & permisu Amplissimi

JCtorum in Academiâ Jenensi Collegii,

PRESIDÆ

Viro Clariss.ac Consultiss. Domino

PETRO THEODORICO J.U.D.

Professore publico, nec non Scabinatus inibi Adsessore dignissimo; Praeceptore suo plurimum colendo publicè discutiendam proponit

ELIAS SCHRÖDER Cal-  
bensis Saxo.

Ad diem 30. Octobr. horis matutinis in JCtorum

Auditorio.



JENAE

Typis HENRICI Rauchmauls / Anno 1613.